



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

XXIV. Impius offendit Rempublicam Christianam, illiusque administratores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

quaelibet in hanc domū (Ecclesiam) conatur inducere; & templum Dei speculancam vult facere Demoniorū. Et il- *Matt. 18.*
lud Christi: Qui ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, in hōdis scilicet numerāus, iturusq; iter tenebricosum, illuc, vnde negant redire quenquam.

CAPVT XXIIII.

Impius offendit Rempublicam Christianam illiusque administratores.

DEos scilicet, qui mortalibus alijs, non naturā, sed auctoritate & potestate augustā à Deo accepta superiores sunt, vt potestates quidam terræ, qui Dei nomine & loco regunt, & quibus, ceu *Rom. 13. v.*
potestatibus sublimioribus obtemperando, omnis anima ita subdita esse debet, vt qui eis resistunt, Dei ordinationi resistāt, sibiq; damnationem acquirant. Eos qui modis omnibus laborant, vt subditi sui sincera fide,

recta conscientia, puro & incorrupto animo, religionem catholicam, quæ sola vera est, agnoscant & colant, Deique legem & præcepta sanctissima vigili cura servant, inque via iustitiæ & veritatis ambulent. Eos qui fidei catholicæ, ceu fidei assertores & vindices religionis libertatē indulgentia quadam non permittant, sed acerrimè, cum opus est, fieri que commodè potest, eos castigant omnes, quotquot vel veneno doctrinæ fidei veritatem aspergere, vel miscere & turbare omnia conantur, religioni enim incolumitate Reipublicæ salus nititur. Eos qui subditorum atque sibi obtemperantium animos civili societate coniungunt, otiumque & pacem inter eos, ut & concordiam retinent, & legibus sanctis, paci bellique negotia moderantur, ego

nos
 &c.
 licu
 pro
 pro
 rant
 unt
 dign
 gistr
 sta i
 & n
 & in
 iuris
 virt
 lum
 suis
 unt
 litu
 men
 um
 doq
 ut v
 & fa
 ti ta

nos & calamitosos defendunt,
&c. Eos qui iustitiã colunt, pub-
licumque & commune bonum
procurant & cõseruant, patriam
protegent, omnique metu libe-
rant, suum cuiq; ex æquo tribu-
unt, in præmiorum, honorum,
dignitatum, ac publicorum ma-
gistratuũ æqua partitione; in iu-
sta item pœnarum ab improbis
& nefarijs hominib. exactione,
& inter litigãtes disceptantesq;
iuris æquitate. Quos deniq; qui
virtutibus alijs ornati, veluti sol
lumine & motu mundo, ita ipsi
suis vitam & salutem imperti-
untur; vel sicut imago & simi-
litudo quædam diuinum nu-
men in terris repræsented, De-
umque in regendo gubernan-
doque imitatione exprimunt,
vt vitam Reipublicę concilient,
& salutẽ sempiternã. Iam tan-
ti tamque benefici Reipublicę
mo-

moderatores peccato mortali
adeoque impio offenduntur. O
monstrum immensum horrore
& deformitate omnia alia vin-
cens! O indomita fera, quis au-
vitam tibi adimat, aut ferocita-
tem tuam coerceat!

CAPVT XXV.

*In quo peccator Reipublica Christiana
moderatores offendat?*

INeo, quia illis, vt & legibus,
quas in conscientia quoq; ob-
ligantes condere possunt, quem-
admodum debet, nō subijcitur,
Deiq; adeo ordinationi resistit;
licet enim pacem & tranquillita-
tem externā Reipublice Chri-
stianæ, quam rectores illius cu-
rant, non perturbet fortè, pieta-
tem tamen omnem, quam ex di-
uina lege ijdem quoq; spectant,
& ob oculos perpetuò positam
habent, negligit. Lex illa his
verbis

Rom. 13. 1.